

indicaret, miseri tunc essent *Afinorum Domini*, miseriores agricola, miserissimi denique mercatores, illi dominare cogerentur, isti terram colere prohiberentur, hi mercas ex alienis regionibus adducere nequirent, infelix itaque Augur et Astrologus *Afinus* foret, laudis fortasse aliquid saltem aures *Afininae* habebunt, eo quod *Midas* Rex ille longe felicissimus, a *Superis* has aut similes acceperit, longe à *Scopo*, cur autem eas à *Superis* accepit, quia tam stulta et Regem indecentia à *Superis* rogavit, et impetrauit, nimirum ut omnia quae manibus attraheret aurea fierent, unde propter hanc tantam stoliditatem *Afininis* auribus ornari dignus fuit, quam etiam stoliditatem ipse aduertens, sententiam reuocare, et *Superos* rursum ut data et concessa haberent et auferrent, rogare coactus fuit, unde etiam in *scôlis* praecipue inferioribus in quibus monumenta *Afinorum* uideri est, uariè uoluntati, ignaui, et stupidi *Afininis* auribus decorari uidemus, et sicut olim *Beroso* ab diuinam Sapientiam et imprimis ob *federalium* rerum peritiam diuinorum predictiones statuum inaurata lingua posuerunt *Athenienses* in publico Gymnasio, sic nostro adhuc